Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Philosophia Aristotelica-Thomistica - Cod. Ettenheim-Münster 226

Endel, Roman
Majer, Ferdinand

[s.l.], 1731-1732

Articulus 1us

urn:nbn:de:bsz:31-120354

Visual Library

Disputaõ 6ta
in
Librum septimũ Physicorũ
Quaestio unica
de
Conexõe requisita inter movens et
mobile
Articulus Unicus
utrũ idẽ possit movere se ipsum ?

N. 366 Unde Aristoteles quaestiõ procedit de motu per se et non de motu per accidens. qualis est quo nauta v.g. movendo navem, etiam se ipsum per accidens movet ad motum navis, dupliciter autem aliquid potest aliquo moveri per se: primo ut moveatur se toto, secundo ut moveatur per partem, quemadmodum per motum cordis dicitur moveri animal: ex quo apparet id quod movetur se toto debet moveri ab alio, moveri ab alio supponit principium à seipso extrinsecum, illud autem quod movetur per partem moveri ab aliquo intrinseco, quia pars est aliquid intrinsecum enti, cujus est pars: hoc tamen ipsa pars movens, si nequeat movere se ipsam debet moveri ab aliquo extrinseco principio; de caetero hic Aristoteles tractat solum quaestionem solum loquitur de movente et mobili motu physico, quo dicitur esse actus entis in potentia prout in potentia, et qui est actus imperfecti, ubi tamen habendi dispositio etiam ad movens et mobile motu metaphysico, qui dicitur actus perfecti, et qualis est omnis actio manens, ut actus volitionis intellectionis etc.

Dico. Idem realiter non potest per se movere se ipsum, sed necessario dari debet inter movens et mobile realis distinctio, adeoque omne quod movetur, ab alio movetur, ab alio non est, vel principio extrinseco per distinctionem suppositio, vel principio intrinseco, distinctione quae movetur. ita Philosophi communiter contra Scotistas.

Ctra argtu. 2do. Nulla res pt simul esse in actu et ptea, sed si res moveret se ipsa, esset simul in actu et in ptea; ergo. m. pbt. Omne quod movet est in actu, et quod movetr est in ptea; sed vi ista res moveret se ipsa, simulque moveretr: ergo. m. ostendtr. Omne quod agit est in actu; sed quod se ipsum movet, id agit, quia actio et motus sit realiter una eademque entitas; ergo quod se ipsum movet est in actu: sed etiam simul esset in ptea, nam omne quod movetr est in ptea, ex ipso, quia potentia est aliqd in se recipere sibi motum; sed tale ens est talis res etiam moveretr; ergo etc. Nec dicas Scotistae hanc probaonem esse quae, ad quam facile respdere pt, dicendo: idem non posse simul esse in actu formali, et in ptea formali; bene autem in actu virtli et in ptea formali; in quo utique importat nulla contradictio, sic enim piper est virtualiter calidum, et simul est in ptea ad recipiendum formalem calorem in stomacho: Contra hanc enim doctrinae sic argtor 1mo. Idem non pt simul esse in actu formali et in ptea formali, ubi fatentr ipsi Scotistae; quod etiam idem non poterit esse simul in actu virtli et ptea formali, quia plus est virtualiter et eminenter continere quam solum formaliter; ergo si aliqd est virtualiter movens, nullo pt moveri, nec esse in ptea formali ad motum. 2do Talis virtus, qua aliqd est in actu virtli non producit actum mediante motu, sed emanatione absque motu; non pt dici 1mum, quia adhuc eadem res esset simul in actu formali et in ptea formali; nec etiam pt dici 2dum, cum talis actus non sit potestas ad aliqd aliud efficiendum generaliter, ergo adhuc verum manet idem non posse moveri se ipsum. 3tio Movens et motum in physicis distinguntur realiter, ergo idem non pt physice movere se ipsum, et sic 1mo a. pbtr. Illa realiter distinguntur, quae sibi mutuo realiter opponuntur; sed movens et motum sibi mutuo realiter opponuntur, quia movens est in actu et motum in ptea; ergo etc. etc.

Solvuntr objeões.

Ad n. 36ᵘˢ. Obj. 1º varias experientias, si calci vivæ aquā affuderis calx calefit et accenditr. Mustum recens in dolio sponte effervescit et ebullit. Stomachq in hieme ē calidior et citiq movet digestionē qm in æstate, atqui hæc oīa videntr fieri eveniunt, qā idem agit in se ipsum, nā certe nulla eorum cāa exterior apparet. qd ∾.

2do. Intellectus idem unā eademqe ratiōe, qua intelligit se movet, qd idē ēst movere se ipsum. Ad prōs. Idē realiter intellectus efficit et recipit intellectiōē, in qtum efficit movet, et in qtum recipit intellectiōē movetr, ita, ut prorsus reali ratiōe fit movens et motum qd ∾. Idē voluntas se ipsa movet ad actum volendi, qd idē ēst eē movens et motum.

3tio. Vivēa movent se ipsa active juxta Ithum oppositionē. 2 de, 2 c. 1, nā vivere ē movere se ab intrinso, et per hoc vivēa distinguntr a nō viventibq, qd se ipsa moveant, secus ā nō vivēa: qd idē ēst eē movens per se primo et mobilē.

N. 36ᵘˢ. Respd ad 1mum dicendo qd his experientiis nō suff. et Rio in nullo ex allatis exemplis idē sub eadē parte agere in se ipsum. in calce namqe viva latent particulæ quædam ignea, quæ dum ab aqua superfusa extingui metuunt, junctis viribq exitum quærunt, atqe inde ā calce erumpentes fumum cāant. in recenti musto spiritus generosiores ac ignei agunt in partes crassiores et magis terreas, quas, qā ipsorum eruptioni sua crassitie obstant, summa vi sursum nitentes secum in sublime ferunt, donec exitum ad exhalatiōē inveniant. Stomachq in hyeme nō intendit suum calorē, sed spiritq, qui tēpore æstatis per apertos poros exeunt in partes corporis exteriores, coguntr ipsi ob frigq circumstans inclusis intra manere, adeoqe augere calorē ventris.

Resp. ad 2dum. neg. ad prob: dico. Intelligentiam sub ratione esse principium effectivum intellectionis, unde simpliciter eandem reperiri cum qua intellectus cum ratione realiter a se ipso madequate distinctus, sed unde firmatur, sufficienter salvatur realis distinctio realis distinctio inter movens et motum adeoque intellectum non se movere sub una eademque ratione. Ad alterum Resp. neg. c. aliter enim se habet voluntas dum est movens, et aliter dum est mota: nam dum est mota praecise sumitur sub sua entitate, econtra quod voluntas est se ipsa movens praeter et eliciens suam propriam volitionem ibi non amplius consideratur sub sua entitate praecise, sed prout ratione est constituta in actu primo proximo, quo non est idem movens et motum in eodem sensu et sub eodem respectu.

Resp. ad 3tium Da. Vivens movens se ipsa ratione diversarum partium, quibus constant ca. ratione ejusdem partis nego etc. nam viventia constant partibus heterogeneis, id est diversae rationis, ratione quarum possunt simul esse in actu et in potentia, in actu quidem ratione partis moventis, in potentia ratione partis motae, ita ut semper pars movens sit distincta a parte, quae movetur.

Articulus 2dus
Utrum movens et mobile debeant esse simul, seu an detur actio in distans.

Nota. Posse agens dupliciter esse praesens passo, N. 370ᵘˢ.
nempe praesentia suppositi, et praesentia virtutis, tunc
agens praesentia suppositi praesens est passo, quando agens et
passum sub substantias suas immediate junguntur,
hoc modo, ignis approximatus praesens est ligno. tunc
vero agens praesens est passo sola praesentia virtutis, quando
agens sub substantia sua absens quidem est, diffundit
tamen virtutem suam per medium usque ad passum, hoc modo
ignis praesens est ligno, quod ad quandam distantiam calefacit.
Duplex autem est hic in quaestione celebris opinionum sententia. prima
dicit agens non posse agere et effectum producere nisi sit praesens